



ABS. I. 88.30

EX LIBRIS


DOCTORIS

FELICIS PAGLIANO

AMPLISSIMI REGII TAURINENSIS  
ATHENÆI

CHIRURGORUM COLLEGII SODALIS.

L'A. è un medico  
della Virginia -



V A D E - M E C U M M E D I C U M

I N D U A S P A R T E S D I V I S U M , Q U A R U M

P R I O R

N O S O L O G I A M C U L L I N A E A M ,

P O S T E R I O R ,

C O M P E N D I U M M A T E R I A E M E D I C A E

E T P H A R M A C O P O E I A E , E X H I B E T ;

Q U I B U S s u b j u n g i t u r s y s t e m a f o r m u l a r u m  
r e c e n t i s s i m a r u m , a d n o r m a m C h y m i a e  
r e c e n t i s o r d i n a t u m ;

A U C T O R E G U L I E L M O T A Z E W E L L ,

V I R G I N I E N S E ;

S O C I E T . A M E R I C . P H Y S . E D I N . S O C . E T P R A E S . A N N .

S O C I E T . R E G . P H Y S . E D I N . S O C . H O N O R .

N E C N O N S o c . M E D . P A R I S . S O D A L I S .

---

L U T E T I A E P A R I S I O R U M ,

A p u d A . J . D U G O U R e t D U R A N D , v i à S e r p e n t e d i c t a .

P h i l d e l p h i a e , a p u d C A R R Y .

E t E d i n b u r g i , a p u d A l e x . G U T H R P E .

---

A N N O S E X T O . — — 1 7 9 8 .

DICTIONARY OF  
THE ENGLISH LANGUAGE

BY JAMES BROWN

1815

# P R A E F A T I O .



**V**ETUSTA diu apud nostrates percrebuit consuetudo, qua tum hodiurni, quum pristini auctores quasi semet perstrinxerent, ut multa in exordiis hujusmodi, splendide copioseque de tractandae rei praestantia et magno momento, dissererent.

Multum fuit moris inter hos praecipue qui de medicina scripsere; utcunque autem propria res hactenus se habuisse, non mihi hodie videtur, nostram scientiam adeo incultam esse, ut tali commendatione in praesentia egeret. Hac de re horum vestigiis aversus, tramitem jamdudum nimis calcatum relinquere statui, et potius itaque sub hoc capite, de materiae natura et forma qua prodiit libellus meus, brevissime verbum facere conabor.

In parte hujus opusculi prima, nosologiam nempe complectente, definitiones CULLENII optime jure celeberrimi, qui quidem hanc scientiam olim ingentem et

*indigestam molem, in formam et decus  
et elegantiam quandam, primus rededit,  
verbatim sequi non haesit animus. Quod ad Pharmacopoejam et formulas attinet,  
ex annotationibus, dum in alma Academia Edinense medicinae incumbens fa-  
ctis, selegi. Denique Pharmacopoeia Londinensis et libellus eximius reverendi  
TOWNSEND haud parum auxilii mihi  
praebuerunt.*


*Haec de materia sufficient. Rationem  
formae reddere superest.*

*Quanquam hanc simplicitatem, quae  
elegantiam sermonis praecipuam consti-  
tuere omnino conceditur, certe multo  
melius et multo facilius Gallico quam  
Latino sermone usus attingissem, quan-  
quam forte opus, magis ex re mea, gra-  
tioremque meis lectoribus fecisset nihil  
ominus Latinum anteposui, et nunc cau-  
sam fatebor verum. Nobilis et dilecta  
lingua nimis negligi mihi videtur, eo  
dolentius quod lingua communis, qua  
inventa et observationes siri et propagari  
possent et commodissimum per omnes  
gentes quae scientiam colunt commer-  
cium fierent, genti humanae deesse mi-  
nitatur. Tanto malo, me opusculum tam  
parvi momenti in lingua latina scripsisse,  
remedium leviusculum afferret, sperare*

*non possum, sed his exemplum praebeo,  
quibus in animo sit, opera lectu digniora  
in lucem edere.*

*Denique non mihi in voto fuit, mu-  
lierculos et medicos circumforaneos, qui,  
nullis principiis ducti, nullaque scientia  
imbuti, Medicinam Gallicam tam diu  
tam indignissimeque foedaverunt: sed  
juventuti ingenuae jam litteris humanio-  
ribus probe eruditae, et plurima scientia  
ornatae, nostrae scientiae quaedam prin-  
cipia exponere, et studium ineuntibus,  
viam novam difficilemque minus rugosam  
reddere, volui.*

*His aliquid auxilii si praebuero, meo  
proposito satisfeci, dignum patientiac  
laborisque praemium recepi.*



---

# NOSOLOGIA.

## SERIES

### ET CLASSIUM DEFINITIO.

---

#### Classis:

- |                      |  |
|----------------------|--|
| I. PYREXIAE . . .    | <b>CHARACTER.</b> Post horrorem pulsus frequens, calor major, plures functiones laesae, viribus praesertim artuum immunitis. |
| II. NEUROSES . . .   | Sensus et motus laesi, sine pyrexia idiopathica, et sine morbo locali.   |
| III. CACHEXIAE . . . | Totius vel magnae partis corporis habitus depravatus; sine pyrexia primaria vel neurosi.                                     |
| IV. LOCALES . . .    | Partis non totius corporis affectio.   |

## O R D I N E S .

## C L A S S I S I. P Y R E X I M .

Ordines.

I. F E B R E S . . . . .

*Praegressis languore, las-  
itudine, et aliis debilitatis  
signis, pyrexia sine morbo  
locali primario.*

II. P H L E G M A S I A E . .

*Febris synoqua; phlo-  
gosis; vel dolor topicus,  
simul laesa partis internae  
functione; sanguis missus,  
et jam concretus, super-  
ficiem coriaceam albam  
ostendens.*

III. E X A N T H E M A T A . .

*Morbi contagiosi, semel  
tantum in decursu vita<sup>e</sup>  
aliquem afficientes; cum  
febre incipientes; defini-  
to tempore apparent phlo-  
goses, saepe plures, exi-  
guae per cutem spar-  
sae.*

IV. H E M O R R H A G I A E .

*Pyrexia cum profusione  
sanguinis absque vi exter-  
na; sanguis missus ut in  
phlegmasiis appetet.*

## Ordines.

V. PROFLUVIA . . . . . { Pyrexia cum excretione  
aucta, naturaliter non san-  
guinea.

## CLASSIS II. NEUROSES.

I. COMATA . . . . . { Motus voluntarii immi-  
nuti cum sopore sive sen-  
suum feriatione.

II. ADYNAZIAE . . . . { Motus involuntarii, sive  
vitaes, sive naturales,  
imminuti.

III. SPASMI . . . . . { Musculorum vel fibrarum  
muscularium motus ab-  
normes.

IV. VESANIAE . . . . . { Mentis judicantis functio-  
nes laesae sine pyrexia  
vel comate.

## CLASSIS III. CACHEXIAE.

I. MARCORES . . . . . Corporis totius macies:

II. INTUMESCENTIAE . . . { Totum vel magna corporis  
pars extorsum tumens.

III. IMPETIGINES . . . { Cachexiae, cutem et ex-  
ternum corpus praecipue  
deformantes.

▲ F

Ordines.

CLASSIS IV. LOCALES:

- |                        |  |
|------------------------|--|
| I. DYSÆSTHESIAE . .    | { Sensus depravati aut de-<br>leti , ex organorum ex-<br>ternorum vitio .  |
| II. DYSOREXIAE . .     | { Appetitus erroneus vel<br>deficiens .  |
| III. DYSCLINESIAE . .  | { Motus impediti vel de-<br>pravati ex organorum vi-<br>tio .  |
| IV. APOCENOSES . .     | { Fluxus sive sanguis aut<br>humores alii , solito uber-<br>ius profluens , sine py-<br>rexia impetuive fluidorum<br>aucto . |
| V. EPISCHESSES . . . . | { Excernendorum suppres-<br>siones .   |
| VI. TUMORES . . . . .  | { Partis magnitudo aucta<br>sine phlogosi .  |
| VII. ECTOPIAE . . . .  | { Pars ex sua sede dimota<br>tumorem faciens .   |
| VIII. DIALYSES . . . . | { Solutio continui visu ta-<br>ctuue manifesta .   |

## GENERA.

CLASSIS I. PYREXIAE. Ordo I. Febres.

## INTERMITTENTES.

SECTIO I. ....

Febres, miasmate paludum ortae, paroxysmis pluribus, apyrexia, saltem remissione evidente interposita, cum exacerbatione notabile, et plerumque cum horrore redeuntibus, constantes; paroxysmo quovis die unico tantum.

Genera.

1. *Tertiana* . . . . { Paroxysmi similes intervallo quadraginta octo circiter horarum : accessiōnibus meridianis.

Species sunt.

1. *Tertiana vera* . . . . { Tertiana paroxysmis haud ultra horas duodecim extensis.

2. *Tertiana spuria* . . . . { Tertiana paroxysmis ultra horas duodecim extensis.

## Genera.

3. *Tertiana duplex*. { Tertiana quotidie rever-  
tens, paroxysmis inaequa-  
libus, alternis similibus.

4. *Tertiana duplicata* { Tertiana alternis diebus  
revertens, paroxysmis eo-  
dem die binis.

5. *Tertiana triplex*. { Tertiana quotidie rever-  
tens, paroxysmis altero  
die binis, altero unico  
tantum.

2. *Quartana* .... { Paroxysmi similes inter-  
vallo septuaginta duarum  
circiter horarum: acces-  
sionibus pomeridianis.

## Species sunt.

1. *Quartana vera* .. { Quartana paroxysmis  
quarto quoque die singu-  
lis; aliis diebus nullis.

2 *Quartana duplicata* { Quartana paroxysmis  
quarto quoque die binis;  
aliis diebus nullis.

3 *Quartana triplicata* { Quartana paroxysmis  
quarto quoque die tribus;  
intermediis diebus nullis.

4. *Quartana duplex*. { Quartana quae ex qua-  
tuor diebus tertium tan-  
tim a febre vacuum ha-  
bet, paroxysmis quarto  
quoque die similibus.

## Genera.

5. *Quartana triplex*. { Quartana quotidie acce-  
dens, paroxysmis quarto  
quoque die similibns.
3. *Quotidiana* . . . { Paroxysmi similes inter-  
vallo viginti quatuor cir-  
citer horarum: accessioni-  
bus matutinis.

## CONTINUA.

- SECTIO II. . . . { Febres, sine intermissione, nec miasmate paludum ortae, sed cum remissionibus, et exacerbationibus, parum licet notabilibus, prestantes: paroxysmis quovis die binis.
4. *Synocha* . . . . { Calor plurimum auctus, pulsus frequens, validus, et durus; urina rubra; sensorii functiones parum turbatae.
5. *Typhus* . . . . { Morbus contagiosus; calor parum auctus; pulsus parvus, debilis, plerumque frequens; urina parum mutata; sensorii functiones plurimum turbatae; vires multum immunitae.

## Genera.

Species sunt.

1. Petechialis:
2. Mitior.
3. Gravior.
4. Icterodes.

6. <i>Synochus</i> . . .	<i>Morbus contagiosus. Febris ex synocha et typho composita, initio synocha progressu et versus finem typhus (1).</i>
	<i>Febris quotidie revertens; accessionibus meridianis et vespertinis; remissione, rarius apyrexia, matutina; plerumque sudoribus nocturnis, et urina sedimentum furfuroso-lateritium deponente (2).</i>
<i>Hectica</i> . . . . .	

(1) Hic advertit Cullenus. — Cum plures febres nec inflamatoriae nec nervosae ex omni parte sint, neque idcirco vel ad synocham, vel ad typhum facile referendae; genus synochi, cuius typhus bisce regionibus (Scotiae.) frequens conspicitur, hic inserui. Inter typhum tamen et synochum limites accuratos ponere non possum; et an revera pro diversis generibus habenda, vel positis diversis, utri eorum synonyma auctorum referenda, sunt dubito.

(2) Hanc febrem, cum numquam nisi symptomatiam observavit Cullenus, in numerum idiopathicum, quas solas enumerare licet, admittere noluit.

Genera.

Ex Sauvagesio species sunt:

1. Chlorotica.
2. Syphilitica.
3. Nephralgica.
4. Hydropica, etc.

CLASSIS I. PYREXIAE. Ordo II. Phlegmasiae.

1. *Phlogosis* . . . { Pyrexia, partis externae  
rubor, calor, et tensio  
dolens.

Species sunt.

1. *Phlegmone* . . . { Phlogosis rubore vivo;  
tumore circumscripto, in  
fastigium plerumque ele-  
vato, saepe in apostema  
abeunte; dolore saepe  
pulsatili.

2. *Erythema* . . . { Phlogosis colore rubicun-  
do, pressione evanescen-  
te; ambitu inaequali, ser-  
pente; tumore vix evi-  
dente, in cuticulae squa-  
mulas, in phlyctaenas vel  
vesiculos abeunte; dolo-  
re urente.

## Genera.

Phlogosis sequelae sunt.

- |                           |  |
|---------------------------|--|
| <b>a. Apostema . . .</b>  | { Post phlogosim, remittentibus dolore et pulsatione, tumor albescens, mollis, fluctuans, pruriens;  |
| <b>b. Gangraena . . .</b> | { Post Phlogosim, pars livens, mollis parum sensibilis, saepe cum vesiculis ichorosis.   |
| <b>c. Sphacelus . . .</b> | { Post gangraenam pars nigricans, flaccida, facile lacerabilis, sine sensu vel calore, et cum foetore carnis putridae, vitio celeriter serpente. |
| <b>d. Ophthalmia . .</b>  | { Rubor et dolor oculi ; lucis intolerantia ; plerumque cum lacrymatione.  |

Species sunt.

- |                         |  |
|-------------------------|--|
| <b>1. Membranarum .</b> | { Ophthalmia in tunica adnata, et ei subjacentibus membranis, sive tunicis oculi . |
| <b>2. Tarsi . . . .</b> | { Ophthalmia cum tumore, erosione, et exsudatione glutinosa tarsi palpebrorum.     |

## Genera.

9. *Phrenitis* . . . { Pyrexia vehemens ; dolor capitis , rubor faciei et oculorum ; lucis et soni intolerantia ; pervigilium ; delirium ferox vel typhomania.

**Phrenitides symptomaticae sunt.**

1. Exanthematica.
2. Verminosa.
3. Aphrodisiaca.
4. Hydrophobica.
5. Traumatica.
6. Cephalalgica.

10. *Cynanche* . . . { Pyrexia aliquando typhodes ; rubor et dolor faucium ; deglutitio et spiratio difficiles , cum angustiae in faucibus sensu .

**Species sunt.**

1. *Tonsillaris* . . . { Cynanche membranaria saucium mucosam , et praecipue tonsillas , tumore et rubore afficiens , cum febre synocha .

## Genera.

2. *Maligna* . . . . { Cynanche tonsillas et membranam faucium mucosam afficiens tumore, rubore, et crustis mucosis coloris albescensis vel cineritii, serpentibus, et ulcera tegentibus; cum febre typhode et exanthematis.
3. *Trachealis* . . . . { Cynanche respiratione difficulti, inspiratione strepente, voce rauca, tussi clangosa, tumore fero nullo in fauibus apparente; deglutitione parum difficile, et febre synocha.
4. *Pharyngea* . . . . { Cynanche cum rubore in imis praesertim fauibus; deglutitione maxime difficile, dolentissima respiratione satis commoda, et febre synocha.
5. *Parotidia* . . . . { Cynanche cum tumore externo parotidum et maxillarum glandularum magno; respiratione et deglutitione parum laesis; febre synocha plerumque leni

## Genera.

11. *Pneumonia*. { Pyrexia; dolor in quadam thoracis parte; respiratio difficultis; tussis.

## Species sunt.

1. *Peripneumonia*. { Pneumonia pulsu non semper duro, aliquando molli; dolore thoracis obtuso; respiratione perpetuo difficulti, saepe non nisi truncu corporis erecto exercenda; faciei tumidae colore purpureo; tussi plerumque humida, saepe cruenta.

2. *Pleuritis* . . . . { Pneumonia pulsu duro; dolore, plerumque lateris, pungente, sub inspiracione praesertim aucto; decubitu in latus molestus; tussi dolentissima, initio sicca, postea humida, saepe cruenta.

## Pneumoniae sequelae sunt,

a. *Vomica* . . . . { Post pneumoniam, resolutione quadam non terminata, dyspnoea et tussis perstantes, cum decubitu in latus sanum difficulti, et febre hectica.

## Genera.

- b. *Empyema* . . . : { Postpneumoniam suppuratioue terminatam, saepe post vomicam, remissio doloris, dum perstant dyspnoea, tussis, decubitus difficultis, et febris hectica, saepe cum sensu liquoris in pectore fluctuantis, et signis hydrotoracis.
- xo. *Carditis* . . . : { Pyrexia; dolor in regione cordis; anxietas; spiritus difficultis; tussis; pulsus inaequalis; palpitation; syncope.
13. *Peritonitis* . . . : { Pyrexia; dolor abdominis corpore erecto auctus; absque propriis aliarum phlegmasiarum abdominalium signis.
- Si signa darentur quibus dignosci queant; sequentes pro speciebus peritonitis recenseri possent.
1. *Propria* . . . : { Peritonitis in peritonaeo strictius dicto, sive in peritonaeo, abdomen intus succingente.
2. *Omental* . . . : { Peritonitis in peritonaeo, per omentum extenso.

## Genera.

14. *Gastritis* . . . { Pyrexia typhodes ; anxietas ; in epigastrio ardor et dolor, ingestis quibuslibet auctus ; vomendi cupiditas , et ingesta protinus rejecta ; singultus.

## Species sunt.

1. *Phlegmonodea* . . . { Gastritis dolore acuto pyrexia vehementi.

2. *Erythematica* . . . { Gastritis dolore , et pyrexia lenioribus , rubore erysipelatoso in faucibus apparente.

15. *Enteritis* . . . { Pyrexia typhodes ; dolor abdominis pungens , tendens , circa umbilicum torquens ; vomitus ; alyus pertinaciter adstricta.

## Species sunt.

1. *Phlegmonodea* . . . { Enteritis dolore acuto ; pyrexia vehementi , vomitu et alvo astricta.

2. *Erythematica* . . . { Enteritis dolore et pyrexia lenioribus , sine vomitu , et cum diarrhoea.

## Genera.

16. *Hepatitis* . . . { Pyrexia; hypochondrii dextri tensio et dolor, saepe pungens pleuritici instar, saepius obtusus; dolor ad claviculam et summum humeri dextri; decubitus in latus sinistrum difficilis; dyspnoea; tussis sicca; vomitus; singultus.
17. *Splenitis* . . . { Pyrexia; hypochondrii sinistri tensio, calor, tumor et dolor pressu auctus; absque signis nephritidis.
18. *Nephritis* . . . { Pyrexia; dolor in regione renis, saepe ureteris iter sequens; mictio frequens urinae, vel tenuis decoloris, vel ruberrimae; vomitus; cruris stupor; testiculi ejusdem lateris retractio aut dolor.
19. *Cystitis* . . . { Pyrexia; hypogastrii tumor et dolor; mictio frequens dolorifica, vel ischuria; tenesmus.
20. *Hysteritis* . . . { Pyrexia; hypogastrii calor, tensio, tumor et dolor; os uteri tactu dolens; vomitus.

## Genera.

21 *Rheumatismus* { Morbus ab externa, et plerumque evidente causa; pyrexia; dolor circa articulos muscularum tractum sequens, genua et reliquos majores potius quam pedum vel manum articulos, intestans, calore exteruo auctus.

## Species sunt.

1. *Lumbago* . . . { Plerumque lumbos infestans.

2. *Sciatica* . . . Ischium obsidens.

22. *Odontalgia* . { Rheumatismus vel arthrodinia maxillarum a dentium carie.

23. *Podagra* . { Morbus haereditarius; oriens sine causa externa evidente, sed praeeunte plerumque ventriculi affectione insolita; pyrexia; dolor ad articulum, et plerumque pedis pollici, certe pedum et manuum juncturis, potissimum infestus; per intervalla revertens, et saepe cum ventriculi, vel aliarum internarum partium affectionibus alternans.

## Genera.

Species sunt.

1. *Regularis* . . . . . { Podagra cum inflammatio-  
ne artuum satis vehe-  
menti, per aliquot dies  
perstante, et paulatim  
cum tumore, pruritu, et  
desquamatione partis, re-  
cedente.
2. *Atonica* . . . . . { Podagra cum ventriculi  
vel alius partis internae  
atonia, et vel sine expecta-  
ta aut solita artuum in-  
flammatione, vel cum dolo-  
ribus artuum lenibus tan-  
tum et fugacibus, et cum  
dyspepsia, vel aliis ato-  
niae symptomatis, subito  
saepe alternantibus.
3. *Retrograda* . . . . . { Podagra cum inflammatio-  
ne artuum subito rece-  
dente, et ventriculi vel  
alius partis internae atonia  
mox insecura.
4. *Aberrans* . . . . . { Podagra cum partis in-  
ternae inflammatione, vel  
non praegressa, vel praec-  
gressa, et subito receden-  
te, inflammatione artuum.  
Dolores

Genera:

24. *Arthropoosis* { Dolores artnum vel partium musculosarum ; saepe post contusionem profundi , obtusi , dinterni ; tumor vel nullus vel modicus , et diffusus ; phlogosis nulla ; pyrexia primum lenis , tandem hectica , et simul partis apostema .

CLASSIS I. PYREXIA. Ordo III. Exanthemata.

25. *Variola* . . . { *Synocha contagiosa* cum vomitu ; et , ex epigastrio presso , dolore .

Species sunt.

1. *Discreta* . . . . { Variola pustulis paucis ; discretis , circumscriptio- ne circularibus , turgidis ; febre , eruptione facta , protinus cessante .

2. *Confluens* . . . . { Variola pustulis nume- rosis , confluentibus , cir- cumscriptione irregulari- bus , flaccidis , parum elevatis ; febre post eru- ptionem perstante .

## Genera.

26. *Varicella* . . .

*Synocha*. Papulae post brevem febriculam erumpentes, in pustulas variolæ similes, sed vix in suppurationem euntes; post paucos dies in squamulas, nulla cicatrice relicta, desinentes.

27. *Rubeola* . . .

*Synocha contagiosa* cum siernutatione, epiphora, et tussis sicca, rauca. Quartu die, vel paulo serius, erumpunt papulae exiguæ conflatae, vix eminentes, et post tres dies in squamulas furfuraceas minimas abeuntes.

## Species sunt.

1. *Vulgaris* . . . . { Rubeola papulis minimis, confluentibus, corymbosis, vix eminentibus.

2. *Variolodes* . . . . { Rubeola papulis discretis eminentibus.

## Genera.

28. *Scarlatina* . . . . { *Synocha contagiosa* .  
Quarto morbi die , facies aliquantum tumens ; simul in cute passim rubor floridus , maculis amplis , tandem coalescentibus , post tres dies in squamulas furfuraceas abiens ; superveniente dein saepe anasarca .

Species sunt.

1. *Simplex* . . . . { *Scarlatina nulla comitante cynanche* .

2. *Cynanchica* . . . . { *Scarlatina cum cynanche ulcerosa* .

29. *Pestis* . . . . { *Typhus maxime contagiosa* , cum summa debilitate . Incerto morbi die , eruptio bubonum vel anthracum .

30. *Erysipelas* . . . . { *Synocha duorum vel trium dierum plerumque cum somnolentia saepe cum delirio . . . In aliqua cutis parte saepius in facie , phlogosis erythema* .

## Genera.

Species sunt.

- |                               |   |
|-------------------------------|---|
| 1. <i>Vesiculosam</i> . . .   | Erysipelas erythematē,<br>rubidine serpente, la-<br>tum spatiū occupante,<br>et locis ejus quibusdam<br>in vesiculas magnas ab-<br>eunte.   |
| 2. <i>Phlyctoenodes</i> . . . | Erysipelas erythematē<br>ex papulis pluribus, trun-<br>ci corporis partes p̄rae-<br>cipue occupantibus, et<br>protinus in phlyctaenas,<br>sive vesiculas parvas, ab-<br>euntibus.   |
| 3. <i>Miliaria</i> . . .      | Synochus cum anxieta-<br>te, frequenti suspirio,<br>sudore olido, et punctio-<br>nibus cutis. Incerto mor-<br>bi die erumpunt papu-<br>lae. Rubrae, exiguae,<br>discretae. per totam cu-<br>tem, praeter faciem, cre-<br>brae, quarum apices,<br>post unum vel alterū<br>diem, pustulas minimas,<br>albas, brevi manentes<br>ostendunt. |

Genera.

32. *Urticaria* . .

Febris amphimerina. Die secundo rubores maculosi, urticarum puncturas referentes, interdiu fere evanescentes, vespere cum febre redeuntes, et post paucos dies in squamulas minutissimas abundantes.

33. *Pemphigus* . .

Typhus contagiosa. Primo, secundo, aut tertio morbi die, in variis partibus vesiculae, acellanae magnitudine, per plures dies manentes, tandem ichorem tenuem effundentes.

34. *Aphtha* . . .

Synochus. Lingua tumiduscula; linguae et faucium color purpuraceus; escharae in fauibus et ad linguae margines primum comparentes, os internum totum demum occupantes, albidae, aliquando discretae, saepe coalescentes, abrasae citto renascentes, et incerto tempore manentes (1).

B 3

(1) An aphtha inter idiopathicas hic rite inserta sit, multum haesit Gullenus. • Vide Synop. Method. p. 151. \*

## CLASSIS I. PYREXIA. Ordo IV. Haemorrhagiae.

36. *Epistaxis* . . . . { Capitis dolor vel gravitas, faciei rubor, profusio sanguinis e naribus.

37. *Haemoptysis* . . . . { Genarum rubor; molestiae aut doloris, et aliquando caloris, in pectore sensus; dyspnoea; titillatio faucium; tussis aut tussicula sanguinem floridum, saepe spumosum, rejiciens.

Species sunt.

1. *Plethorica* . . . . { Haemoptysis nulla vi externa applicata, neque praegressa tussi aut evacuacionis solitae suppressione.

2. *Violenta* . . . . { Haemoptysis a vi externa applicata,

3. *Phthisica* . . . . { Haemoptysis post tussim cum macie et debilitate diuternam.

4. *Calculosa* . . . . { Haemoptysis rejectis simul moleculis calculosis plerumque calcarinis.

5. *Vicaria* . . . . { Haemoptysis post evacuationis solitae suppressionem.

Genera:

38. *Phthisis* . . . . . { *Corporis emaciatio et debilitas, cum tussi, febre hectica, et plerumque expectoratione purulenta.*

Species sunt.

1. *Incipiens* . . . . . { *Phthisis sine expectoratione puris.*
2. *Confirmata* . . . . . { *Phthisis cum expectoratione puris.*

Variat utraque species, ratione causae remotae (1).

39. *Haemorrhoides* . . . . . { *Capitis gravitas vel dolor; vertigo; lumbo um dolor; dolor ani; circa anum tubercula livida dolentia, e quibus plerumque profluit sanguis, qui aliquando etiam, nullo tumore apparente, ex ano stillat.*

Species sunt.

1. *Tumens* . . . . . { *Haemorrhoides externa a mariscis.*
2. *Procidens* . . . . . { *Haemorrhoides externa a procidentia ani.*

B 4

---

(1) »Vide Cullen. Synop. Method. p. 159.«

## Genera.

3. *Cacca* . . . . . { Haemorrhoidis cum dolore et timore ani, sine profusione sanguinis.
4. *Fluens* . . . . . { Haemorrhoidis interna absque tumore externo, vel procidentia ani.
40. *Menorrhagia* { Dorsi, lumborum, ventris, parturientium instar, dolores; menstruarum copiosior, vel sanguinis e vagina praeter ordinem fluxus.

## Species sunt.

1. *Rubra* . . . . . { Menorrhagia cruenta in non gravidis nec puerperis.
2. *Abortus* . . . . . { Menorrhagia cruenta in gravidis.
3. *Lochialis* . . . . . { Menorrhagia cruenta in puerperis.
4. *Vitiorum* . . . . . { Menorrhagia cruenta ex vitio locali.
5. *Alba* . . . . . { Menorrhagia serosa sine vitio locali in non gravidis.
6. *Nalothi* . . . . . { Menorrhagia serosa in gravidis.

## Genera.

## CLASSIS I. PYREXIAE. Ordo V. Profluvia.

41. *Catarrhus* . . . { Pyrexia saepe contagiosa; muci, ex glandulis membranae narium, faucium, vel bronchiorum, excretio aucta; saltem hujus excretionis melamina.
42. *Dysenteria* . . . { Pyrexia contagiosa, dejectiones frequentes, mucosae, vel sanguinolentiae, retentis plerumque faecibus alvinis; tormina; tenesmus.

## CLASSES II. NEUROSES. Ordo I. Comata.

43. *Apoplexia* . . . { Motus voluntarii fere omnes imminuti cum sopore; plus minus profundo, superstite motu cordis et arteriarum.

## Species sunt.

1. *Sanguinea* . . . { Apoplexia cum signis plethorae universalis, et praecipue capitis.
2. *Serosa* . . . . { Apoplexia in corpore plerumque senum, leucophlegmatico.

## Genera

3. *Hydrocephalica* . . . . { Apoplexia paulatim adorius; infantes et impu-  
beres, primum lassitudine, febricula et do-  
lore capitis, dein pulsus tardiore, pupillae dilata-  
tione, et somnolentia afficiens.
4. *Atrabiliaria* . . . . { Apoplexia in corpore  
melancholico:
5. *Traumatica* . . . . { Apoplexia a vi externa  
mechanica, capiti illata.
6. *Venentia* . . . . { Apoplexia a potentibus  
sedantibus interne vel  
externe adhibitis.
7. *Mentalis* . . . . { Apoplexia a pathemate  
mentis.
8. *Cataleptica* . . . . { Apoplexia musculis, sub  
artuum a vi externa mo-  
tu, contractilibus.
9. *Suffocata* . . . . { Apoplexia a potentia  
externa suffocante.
44. *Paralysis* . . . . { Motus voluntarii non-  
nulli tantum imminuti,  
saepe cum sopore.
- Species sunt.
1. *Partialis* . . . . { Paralysis quorundam  
musculorum tantum.

## Genera:

2. *Hemiplegica* . . . { Paralysis alterius corporis lateris .
3. *Paraplegica* . . . { Paralysis dimidii corporis transversum sumpti .
4. *Venenata* . . . { Paralysis a potentissimis dentibus externe vel interne adhibitis .

## CLASSIS II. NEUROSES. Ordo II. Adynamiae.

45. *Syncope* . . . { Motus cordis imminentis, vel aliquamdiu quietans .

## Species sunt.

1. *Cardiaca* . . . { Syncope sine causa manifesta saepe rediens cum palpitatione cordis vehementi in intervallis :  
Ex vitio cordis vel vasorum vicinorum .
2. *Occasionalis* . . . { Syncope a causa manifesta oriens :  
Ex affectione totius systematis .

## Genera.

46. *Dyspepsia* . . . { Anorexia, nausea vomitus, inflatio, ructus, ruminatio, cardialgia, gastrodynia, pauciora saltet vel pleura horum simul concorrentia, plerumque cum alvo adstricta, et sive alio vel ventriculi ipsius, vel ailiarum parium, morbo.
47. *Hypochondriasis* { Dyspepsia cum languore, moestitia, et metu, ex causis non aequis, in temperamento melancholico.
48. *Chlorosis* . . . { Dyspepsia, vel rei non esculentae desiderium; cutis pallor vel decoloratio; venae minus plenae, corporis tumor molllis; asthenia; palpitatio; menstruorum retentio (1).

(1) An chlorosis pro genere recensita sit, cum pro symptomate amenorrhoeae semper haberi possit, multum dubitandum est. Vide Gullem Synop. Method p. 207.

Genera:

CLASSIS II. NEUROSES . Ordo III. Spasmi.

SECTIO I. In functionibus animalibus .

49. *Tetanus* . . . . { Plurium musculorum rigidas spastica .

Species sunt.

1. *Nascentium* . . . . { Trismus infantes intra duas primas septimanae corripiens .

2. *Traumaticus* . . . . { Trismus omnium aetatum , a vulnere vel irigore .

Variat ratione partis corporis affectae ; hinc ,

- a. Opisthotonus .
- b. Emprosthotonus .
- c. Trismus .

50. *Convulsio* . . . . { Musculorum contractio clonica , abnormis citr soporem .

## Genera :

51. *Chorea* . . . . { Impuberes utirusque sexus, ut plurimum intra decimum et decimum quartum aetatis annum adorientes, motus convulsivi ex parte voluntarii, plerumque alterius lateris, in braehiorum et mannum motu, histionum gesticulationes referentes; in gressu, pedem alterum saepius trahentes quam attollentes.
52. *Raphania* . . . { Articulorum contractio spastica. cum agitatione convulsiva, dolore violentissimo, periodico.
53. *Epilepsia* . . . { Musculorum convulsio cum sopore.

## Species sunt.

54. *Cerebralis* . . . { Epilepsia sine causa manifesta subito adoriens; praegressa nulla sensatione molesta, nisi fortassis vertiginis vel scotomiae alicujus.

## Genera.

2. *Sympatica* . . . { Epilepsia sine causa manifesta; sed praegressa sensatione aurae cuiusdam a parte corporis quadam versus caput asurgentis.

3. *Occasionalis* . . . { Epilepsia ab irritatione manifesta oriens, et ablata irritatione cessans.

SECTIO II. *In Functionibus vitalibus.*

54. *Palpitatio* . . . { Motus cordis vehemens; abnormis.

55. *Asthma* . . . . { Spirandi difficultas per intervalla subiens; cum angustiae in pectore sensu, et respiratione cum sibili strepente; tussis sub initio paroxysmi difficilis, vel nulla, versus finem libera, cum sputo muci saepe copioso.

## Species sunt.

1. *Spontaneum* . . . { Asthma sine causa manifesta, vel alio moibo comitante.

## Genera

2. *Plethoricum* . . . . . { *Asthma a suppressa evacuatione sanguinis ante solita, vel a plethora spontanea.*
3. *Exanthematicum* { *Asthma a scabie vel alia acri effusione retro-pulsa.*
56. *Dispnoea* . . . . . { *Spirandi difficultas perpetua, sine angustiae, sed potius cum repletionis et infarctus in pectori, sensu. Tussis per totum morbi decursum frequens.*

## Species sunt.

1. *Catharralis* . . . . . { *Dyspnoea cum tussi frequente, mucum viscidum copiosum ejiciente.*
2. *Sica* . . . . . { *Dyspnoea cum tussi plerumque sicca.*
3. *Aëria* . . . . . { *Dyspnoea a minima quavis tempestatum mutatione aucta.*
4. *Terrea* . . . . . { *Dyspnoea cum tussi materiem terream vel calculosam ejiciente.*
5. *Pinguedinosa* . . . . . { *Dyspnoea in hominibus valde obesis.*

Genera.

6. *Aquosa* . . . . . { *Dyspnoea cum urina parca et oedemate pedum sine fluctuatione in pectoro, vel aliis characteristicis hydrothoracis signis.*
7. *Thoracica* . . . . . { *Dyspnoea a partibus thoracem cingentibus laesis, vel male conformatis.*
8. *Extrinseca* . . . . . { *Dyspnoea a caussis exterioribus manifestis.*
57. *Pertussis* . . . . . { *Morbus contagiosus; tussis convulsiva, strangulans, cum inspiratione sonora iterata; saepe vomitus.*

## SECTIO III. IN FUNCTIONIBUS NATURALIBUS.

58. *Pyrosis* . . . . . { *Epigastrii dolor urens, cum copia humoris aquei, plerumque insipidi, aliquando acris eructata.*
59. *Colica* . . . . . { *Dolor abdominis praecipue circa umbilicum torquens; vomitus; alvus adstricta.*

Genera:

Species sunt.

- |                              |   |
|------------------------------|---|
| 1. <i>Spasmodica</i> . . .   | { Colica cum retractatione<br>umbilici et spasmis mu-<br>sculorum abdominalium.   |
| 2. <i>Pictorum</i> . . .     | { Colica praeeunte pon-<br>deris vel molestiae in<br>abdomine, praecipue cir-<br>ca umbilicum, sensu ;<br>accedente dolore colico,<br>primum levi, non con-<br>tinuo, et praecipue post<br>pastum aucto ; tandem<br>graviore et fere perpe-<br>tuo ; cum dolore bra-<br>chiorum, et dorsi, in<br>paralysin demum ab-<br>eunte . |
| 3. <i>Stercorea</i> . . .    | { Colica in hominibus alvi<br>tardae, post diuternam<br>alvi obstipationem .  |
| 4. <i>Accidentalis</i> . . . | { Colica a materie acri<br>ingesta .  |
| 5. <i>Meconialis</i> . . .   | { Colica neophytorum a<br>meconio retento .   |

## Genera

6. *Callosa* . . . . { Colica cum sensu in quadam intestinorum parte stricturae, et saepe ante eam collecti flatus cum aliquo dolore, qui flatus etiam per eandem paulatim transiens evanescit; alvo tarda, et tandem non nisi faeces paucas liquidas egerente.
7. *Calculosa* . . . . { Colica cum duricie in quadam abdominis parte fixa; calculis quondam per anum dejectis.
60. *Cholera* . . . . { Humoris biliosi vomi-  
tus, ejusdem simul de-  
jectio frequens; anxie-  
tas; torpina; surarum  
spasmata.

## Species sunt.

1. *Spontanea* . . . . { Cholera tempestate ca-  
lida, sine causa mani-  
festa aboriens.
2. *Accidentalis* . . . . { Cholera a rebus acri-  
bus ingestis.
61. *Diarrhoea* . . . . { Dejectio frequens; mor-  
bus non contagiosum py-  
rexia nulla primaria.

## Genera.

Species sunt.

1. *Crapulosa* . . . . . { Diarrhoea qua stercora naturalibus liquidiora et in aiori copia dejiciuntur.
2. *Biliosa* . . . . . { Diarrhoea qua faeces flavae magna copia dejiciuntur.
3. *Mucosa* . . . . . { Diarrhoea qua vel ab acribus ingestis, vel a frigore, praecipue pedibus applicato, mucus copiosus dejicitur.
4. *Coeliaca* . . . . . { Diarrhoea qua humor lacteus specie chyli dejicitur.
5. *Lienteria* . . . . . { Diarrhoea qua ingesta parum mutata celeriter dejiciuntur.
6. *Hepatirrhoea* . . . { Diarrhoea qua materies seroso-cruenta, sine dolore dejicitur.
7. *Diabetes* . . . . . { Urinae plerumque praeter naturalis, copia immoda, profusio chronica.

## Genera.

## Species sunt.

1. *Mellitus* . . . . { Diabetes cum urina odo-  
ris, coloris, et saporis  
mellei.
2. *Insipidus* . . . . { Diabetes cum urina lim-  
pida non dulci.
63. *Hysteria* . . . . { Ventris murmura; sen-  
sus globi in abdomine  
se volventis, ad ventri-  
culum et fauces ascen-  
dantis, ibique strangulan-  
tis; sopor, convulsiones;  
urinae limpidae copia  
profusa, animus, nec  
sponte, varius et muta-  
bilis.

## Varietates sunt.

- a. Chlorotica.
- b. A Menorrhagia;
- c. A Leucorrhaea.
- d. Libidinosa.

64. *Hydrophobia* { Potionis cuiuslibet, ut  
pote convulsionem pha-  
ryngis dolentem cipientis,  
fastidium et horror; ple-  
rumque e morsu anima-  
lis rabidi.

## Genera:

## CLASSIS II. NEUROSES. Ordo IV. Vesaniae.

65. *Amentia* . . . . { Mentis judicantis imbecillitas, qua homines rerum relationes, vel non percipiunt, vel non reminiscunt.

## Species sunt.

1. *Congenita* . . . . { Amentia a nativitate constans.

2. *Senilis* . . . . { Amentia ex perceptione et memoria, ingravescente aetate, immunitis.

3. *Acquisita* . . . . { Amentia a causis externis, evidentibus in hominibus sanae mentis superveniens.

66. *Melancholea* . . . . { Insania partialis sine dyspepsia.

67. *Mania* . . . . Insania universalis.

## Species sunt.

1. *Mentalis* . . . . { Mania a pathemate mentis.

2. *Corporea* . . . . { Mania a vitio corporis evidente.

## Genera :

3. *Obscura* . . . . . { Mania praegresso nullo  
vel pathemate mentis vel  
vitio corporis evidente.
68. *Oneirodynia* . . . . { In somno imaginatio  
vehementior vel molesta.

## Species sunt.

1. *Activa* . . . . . { Oneirodynia excitans  
ad ambulattonem, et mo-  
tus varios.
2. *Gravans* . . . . . { Oneirodynia ex sensu  
ponderis alicujus incum-  
bentis, et pectus prae-  
cipue comprimentis.

## CLASSIS III. CACHEXIAE. Ordo III. Marcores.

69. *Tabes* . . . . . { Marcor; asthenia; py-  
rexia hreatica.

## Species sunt.

1. *Purulenta* . . . . { Tabes ex ulcere exter-  
no vel interno, vel ex  
vomica:
2. *Scruphulosa* . . . . { Tabes in corporibus  
scruphulosis.
3. *Venenata* . . . . . Tabes a veneno ingestio:

## Genera.

70. *Atraphia* . . . { Marcor et asthenia, si  
ne pyrexia hectica.
1. *Inanitorum* . . . { Atrophia ex evacuatione  
nimia.
2. *Famelicorum* . . . { Atrophia a nutrimento  
deficiente.
3. *Cacochymica* . . . { Atrophia a nutrimento  
corrupto.
4. *Debilium* . . . { Atrophia a nutritionis  
functione depravata, prae-  
gressa nulla vel evacua-  
tione nimia, vel caco-  
chymia.

CLASSIS III. CACHEXIAE. Ordo II. Intus  
mescentiae.

## SECTIO I. ADIPOSAR.

71. *Polysarcia*. { Corporis pinguidinosa  
intumescientia molesta.

## SECTIO II. FLATUOSAR.

72. *Pneumatosis* { Corporis intumescientia  
tensia, elastica, sub ma-  
nu crepitans.  
Pneumatosis

## Genera.

Species sunt.

1. *Spontanea* . . . { Pneumatosis sine causa manifesta .
2. *Traumatica* . . . { Pneumatosis a vulnere thoracis .
3. *Venenata* . . . { Pneumatosis a veneno injecto vel applicato .
4. *Hysterica* . . . { Pneumatosis cum hysteria .
73. *Tympanites* . . . { Abdominis intumescencia tensa, elastica, sonora ; alvus adstrictia ; caeterarum partium maces .

Species sunt.

1. *Intestinalis* . . . { Tympanites cum tumore abdominis saepe inaequali , et cum rejectione aeris frequenti , tensionem et dolorem , levante .
2. *Abdominalis* . . . { Tympanites cum resonatu evidentiore , tumore magis aequabili , et emissione flatuum rario ri et minus levante .
4. *Physometra* . . . { Tumor levis , elasticus , in hypogastrio figurans et sedem uteri referens .

## Genera.

## SECTIO III. AQUOSAE SIVE HYDROFES.

75. *Anasarca* . . . . { Corporis totius vel parti  
eius intumescentia  
mollis, elastica.

Species sunt.

1. *Serosa* . . . . { Anasarca a retento sero  
ob evacuationes solitas  
suppressas, vel ab aucto  
sero ob ingestam aquam  
nimiam,

2. *Oppilata* . . . . { Anasarca a compressio-  
ne venarum.

3. *Exanthematica* . . . { Anasarca post exanthe-  
ma, et praecipue post  
erysipelas, suborta.

4. *Anaemia* . . . . { Anasarca a tenuitate san-  
guinis per haemorragiam  
producta.

5. *Debilium* . . . . { Anasarca in debilibus a  
morbis longis, vel ab  
aliis causis.

76. *Hydrocephalus*. { Capitis intumescentia  
mollis, inelastică, hian-  
tibus cranii suturis.

## Genera.

77. *Hydrorachitis* . { Tumor supra vertebras lumborum, mollis, exiguis, haiantibus vertebris.
78. *Hydrothorax* { Dyspnoea; faciei pallor; pedum oedemata; urina parca; decubitus difficilis; subita et spontanea ex somno cum palpitatione excitatio; aqua in pectore fluctuans.
79. *Ascites* . . . { Abdominis intumescencia tensa, vix elastica; sed fluctuosa.

## Species sunt.

1. *Abdominalis* . . . { Ascites cum tumore totius abdominis aequali et cum fluctuatione satis evidente.
2. *Saccatus* . . . { Ascites cum tumore abdominis, saltem initio, partiali et cum fluctuatione minus evidente.
80. *Hydrometra*. { Hypogastrii in mulieribus paulatim crescens tumor, uteri figuram reterens, pressui cedens fluctuansve; citra ischuriam et graviditatem.

## Genera.

§1. *Hydrocele* . . . Tumor scroti non dolorosus, paulatim crescens, mollis, fluctuans, pellucidus.

S E C T I O N . IV. *Solidae*.

§2. *Physconia* . . . Tumor quandam abdominis partem potissimum occupans; paulatim crescens, nec sonora, nec fluctuans.

§3. *Rachitis* . . . Caput magnum anterius maxime tumens; genicula tumida; costae depressae; abdomen tumidum; caetera marcescentia.

## C L A S S I S III. C A C H E X I A E . O R D O III. Impitigines.

§4. *Scrophula* . . . Glandularum congregatarum, praesertim in collo, tumores; labium superius et columnna nasi tumida; facies florida, cutis levis, tumidum abdomen.

## Genera.

Species sunt.

1. *Vulgaris* . . . . { *Scrophula simplex*, externa, permanens.
2. *Mesenterica* . . . . { *Scrophula simplex interna*, cum pallore faciei, inappetentia, tumore abdominalis, et foetore foecum insolto.
3. *Fugax* . . . . { *Scrophula simplicissima*, et tantum circa collum, plerumque a resorptione ex ulceribus capitis proveniens.
4. *Americana* . . . . { *Scrophula* cum framboesia conjuncta.
85. *Syphilis* . . . . { Morbus contagiosus, post concubitus impurum et genitalium morbum, ulcera tonsillarum, cutis praesertim ad marginem capillitii, papulae corymbosae in crustas et in ulcera crustosa abundentes; dolores ostocopi, exostoses.

## Genera.

85. *Scorbutus* . { In regione frigida post victum putrescentem , sa- litum , ex animalibus con- fectum , deficiente simul materia vegetabile recen- ti , asthenia ; stomachace , in cute maculae diversi colores , plerumque live- scentes , praesertim ad pilorum radices .
87. *Elephantiasis* { Morbus contagiosus ; cu- tis crassa , rugosa , aspe- ra , unctosa , pilis desti- tuta , in extremis artubus anesthesia ; facies tube- ribus deformis ; vox rau- ca et nasalis .
88. *Lepra* . . . { Cutis escharis albis , fur- furaceis rimosis , aspera , aliquando subtus humi- da , pruriginosa .
